



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1780**

**VD18 90119207**

§. 72. Scriptorum Ecclesiasticorum decessus & opera.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII ipsa Processio. Præterea die vigesima  
A. C. 1677. tertia ejusdem Mensis Pontifex præcepit, ut festum S. Augustini in omnibus Hispaniæ Regnis semper de præcepto servetur: quarto autem post die facti Concilii Congregatio decidit, quod nec Pœnitentiarius, nec Theologus possit Commissarium ad quamcunque causam particularem deputare. Sacra etiam Rituum Congregatio die decima mensis Junii declaravit, quod Coadjutor Canonici habeat verum honorem inter veros Canonicos, & ideo Canonici debeant ministrare eidem, sicut veris Canonico: decisum quoque habetur, quod nova consecratio sit adhibenda quando Ecclesia in majori parte devastata.

## §. LXXII.

*Scriptorum Ecclesiasticorum decessus  
& opera.*

*De Fin  
 nov. Bibl.  
 des Auth.  
 Siæcl. XVII.  
 Erhard  
 Script. Ord.  
 Præd. t. 2.*

**E**x Scriptoribus Ecclesiasticis hoc anno denatis primo celebratur Joannes Lucidus Palumbaria patria Romanus Pisauensis Episcopus, qui præter Mathematica posteris reliquit Synodum suam Pisauensem, & sermonem pro festo Pentecostes. II. Jacobus Sainbeveus Sorbonæ Doctor, qui Janseus propositiones, priusquam ab Innocentio fuisset



fuiſſent damnatæ, palam propugnabat, Sæc. XVII.  
A.C. 1677.  
& poſtea formulæ ſubſcribebat, cum  
autem cenſuræ contra ſecundam Ar-  
naldi epiſtolam pronuntiatæ calculum  
ſuum adjicere renueret, Profeſſoris  
Sorbonici officio amotus ab omnibus  
publicis curis ſegregatam duxit vitam,  
donec die decima quinta Decembris,  
apoplexia tactus anno ætatis ſuæ ſexa-  
geſimo quarto decederet. Edidit ejus  
frater tres poſthumos tomos de di-  
ſciplina, Sacramentorum adminiſtra-  
tione, veteribus conſuetudinibus, do-  
nationibus & contractibus & Simonia  
præter Galliæ Eccleſiarum breviaria  
& ritualia &c. & tractatum de confir-  
matione & extrema unctiōe contra  
Dalæum. III. Auguſtinus Carmelli  
Ord. FF. Præd. ſcripſit vitam S. Hie-  
ronymi, & Auguſtini & aliorum, Cate-  
nam in Job, Monita Prælatorum, Prin-  
cipem Catholicum, & ſacra Cantica.  
IV. Petrus Godoy ejusdem Inſtituti, qui  
quinque tomos diſputationum Theologi-  
carum Oxomensibus literis excudi cu-  
ravit, quas tamen Paulus a Conceptio-  
ne Hiſpanus Carmelita excalceatus ſo-  
lide confutavit. V. Petrus Maria Paſ-  
ſerinus de Sextula ex eodem Ordine,  
publici juris fecit tractatus de electione  
Canonica, inſpectiones morales de ho-  
minum ſtatibus & officiis, commen-  
taria



Sæc. XVII. taria in libros Decretalium; tractatus  
 A. C. 1677. de Indulgentiis, de Sacramentis, de  
                     carnatione & Eucharistia, præter Re-  
 gulare Tribunal. VI. Joannes Bille-  
 lius S. J. edidit præter poetica Deca-  
 des IV. Illustrium ruinarum, Medullam  
 historicam, Leonem Galleatum, digi-  
 tum Dei, Argonauticon Americanum,  
 Palæstinæ Topothesium &c. VII. Al-  
 bertus Koialowicz itidem Socius, scri-  
 psit colloquia de sincero usu S. Scri-  
 pturæ, & de dissidiis inter Catholicos  
 & Calvinistas, instructionem circa ce-  
 sus reservatos, elogia Imperatorum ex  
 Domo Austriaca, Historiam Lithua-  
 nam præter alia. VIII. Franciscus  
 Jesu Maria Carmelita Discalceatus  
 lucubravit commentarium in Apoca-  
 lypsin, tractatum de sensibus S. Scri-  
 pturæ, tomum primum Cursus Theo-  
 logiæ moralis Salmanticensis de Sa-  
 cramentis &c. præter incentiva animæ  
 fidelis ad amorem. IX. Antonius  
 Spiritu sancto Angolæ Episcopus ex eo-  
 dem Ordine edidit tres tomos de Sa-  
 cramentis, censuris & privilegiis Re-  
 gularium præter consulta varia & di-  
 rectorium Theologiæ mysticæ. X. Fran-  
 ciscus Bonæ spei Carmelita elucubra-  
 vit sex tomos in universam Theolo-  
 giam, noctuam Belgicam contra Aquila-  
 lam Germanicam Caramuelis, disputa-  
 tionem



tationem apologeticam de ignorantia Sæc. XVII.  
 invincibili & opinionum probabilitate, A. C. 1077.  
 Eliæ vilionem de Conceptione B. V.  
 Christianum monitum contra Christia-  
 num Lupum, Caussam Christorum  
 Dei pro Joanne XL IV. Patriarcha  
 Hierosolymitano adversus eundem, Pa-  
 rochiale Apologeticum contra Parocho-  
 phylum, Christi Fidelium contritio-  
 nale, Clypeum contritionis, Examen  
 Theologicum instructionis Vam - Bu-  
 scensis Romæ damnatæ, Lupum ca-  
 ptum, Luctam D. Thomæ, Motivum  
 juris pro excusatione Mendicantium a  
 gabellis &c. præter suum Armamen-  
 tarium.

§. LXXIII.

*Scriptorum A catholicorum lucubra-  
 tiones & obitus.*

**P**aucos ex Scriptoribus A catholicis Fræher  
 adjungere lubet, & primo quidem theatr. E-  
 apud suos eminuit Christophorus Bu- rud.  
 læus, qui censuram Historiæ a Joanne Mem. Ca-  
 Hofero de suo ad Catholicos transitu rol. p. 180.  
 scriptæ, Lusuf Afranos, Cunam Christi,  
 Mensas Atticas aliaque edidit. II. Da-  
 niel Ludeman scripsit sermonem Ireni-  
 cum pro pace Germaniæ, descriptio-  
 nem Historicam B. Virginis Marga-  
 rethæ, & tractatum de extremo Judi-  
 cio.